

H Y M E N Æ U S

Decantatus & Dicatus

N U P T I I S

SERENISSIMI & ILLUSTRISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI

DN: CHRISTIANI II.

*Ducis & ELECTORIS SAXONIA;
Sacri ROM. IMP. ARCHImarschalli;
Landgravij Turingia;
MARCHIONIS MISNIAE; &
Burggravij Magdeburgensis; &c.*

S P O N S I:

&

SERENISSIMÆ PRINCIPIS AC DOMINÆ,

DN^a. HEDWIGIS:

*EX SERENISSIMORUM ET POTENTISSIMORUM
DANIÆ REGUM Familiã Illustrissimã orta; &c.*

S P O N S Æ: à

*M. NICOLAO CRANIVELDO DRESDENSI; Casarëa
IMPerialis EGRÆ Diacono & Past: Treb.*

M. DC. II.



0
12

H Y M E N A U S

Decanus & Dicarius

N U P T I I S

SERENISSIMI & ALTISSIMI

PRINCIPIS AC DOMINI

DN: CHRISTIANI II.

Ducis & ELECTORIS SAXONIAE

SAEVI ROM. IMP. ARCHIEPISCOPI

Landgravii THURINGIAE

MARKGRAVIONIS SACCINIAE &

Baronum Saxoniae



Sächsische
Landesbibliothek
Dresden

SERENISSIMI & ALTISSIMI

DN: HEDWIGIS

EX SERENISSIMO ROM. ET BOHEMORUM

REX & ELECTORIS SACRAE ROMANAE IMPERII

ARCHIEPISCOPI & ELECTORIS SAXONIAE

SAEVI ROM. IMP. ARCHIEPISCOPI

Landgravii THURINGIAE

MARKGRAVIONIS SACCINIAE &

Baronum Saxoniae

H Y M E N Æ U S.



*Consona vox rebus cordato carmine digna est,
Nec valet à liquidâ res aliena fide.*

*Vulgus amat nugæ, non sunt tamen omnia nugæ,
Quæ blaterat fame plebs studiosa nova:*

*Vera canam, non verba seram dispersa per auras,
Verba vel abjectis non toleranda viris.*

AUDiat hæc PRINCEPS ELECTOR, & annuat aula,

Cujus ad Imperium Misnica terra stupet.

Quæ stupet ut PATRIS PATRIÆ miretur honorem

Multiplicem & regni prospera fata sui.

Si quod opus pulchrum est, in apertâ luce canendum est,

Ut suus auctori publicus extet honor.

Exulet à nobis levitas Gnathonica, turpe

Cænipeta fingens blandiloquentis opus.

Non sit in ore meo laus sordida fraudeq; mixta;

Vera celebrantem candida lingua decet.

Magnorum dignum est mirari dona virorum,

Unde suas vires pes capit, unde caput.

Infimus & summus miti sub PRINCIPE gaudent;

Nil melius justo PRINCIPE Mundus habet.

ERGO quòd ENSIFERUM laudamus SAXONA, justum est;

Quòd cupimus proavos tollere laude, pium est.

Nam DEUS in terris Magnates extulit ipse,

Præfectosq; homines fecit in Orbe Deos.

Divisum Imperium IOVIS est cum CAESARE nostri,

Cujus quisq; suo Rex sit imago loco.

A ij CELsus

Sirach 44.

Exod. 22.

Pfal. 82.

*CElsus & Illustris fit Princeps sanguine & actu;
REgis in officio sunt simulacra D E I.
Celsior est virtus, quò DVX est altior ortu;
Quis neget Heròas sapè referre DEVM?
Insita natura vis tanta est, aut vigor artis,
Quà mens virtutum semina prima capit.
Illa Ducum virtus sublimior esse putatur
Grata DEO, si non egrediatur iter.
Sic vult distingui DEVS ordinis autor honores
Atq; status hominum, ne vagus Orbis eat.*

*SED mea SAXONIÆ res hæc oratio spectat,
Cui confert summum florida RUTA decus.
O Sacer ELECTOR, nisi sit tua gloria major
Quàm vatum possit magnificare fides:
Omnis Pæridum chorus in tua gaudia promptus
Surgeret & leto carmine ferret opem.
Ast ego pro modulo decet ut me metiar ipsum,
In vires gnarus rectius ire meas.
Non AUGUSTE tibi fero carmina, cuius in urna
Mortua FRIBERGÆ molliter ossa cubant.
Non fero MAURICIO, non dico carmina PATRI,
Qui primus CHRISTI à Nomine dictus erat.
Vivis hic sacer est, non sanctis Manibus actus;
Præsens extendit brachia lata dies.*

*NANq; hodie in thalamum venit Illustrissimus HEROS
CHRISTIANIDES, Septem pars generosa Virum.
Qui DUX SAXONIÆ cum Patre σωάννου & intus
Exprimit & nomen Patris Aviç; fidem.*

Et

**CHRISTIA-
NUS II. E-
lector Saxo:
SPONSUS.**

Et quia sæpè DEUS pariles conjungit amores,
HEDVVIGIS Ensiferi SAXONIS uxor erit.
Omnia CHRISTIANO similis mentemq; decoremq;
Ut vinci jures virgine posse marem.
Relligione pares, Specie & florentibus annis
Ambopares, studiis & pietate pares.
Si genus attendas, claret; decus oris, honesta est;
Nam Patre DANORUM filia Rege sata est.
O si Fataribi, FRIDERICE Secunde, dedissent
Ad nova sacra novi jam superesse thori:
Quàm charum, quàm gratum, quàm volupe esset utriq;
Ex MYRIA generum posse videre novum.
Qui duo combinat DEUS author amoris honesti
Pectora, ut in gemino corpore cor sit idem;
Is genus & mores aptat, licitoq; sacrati
Fœdere conjugii disita regna jugat.
Fortius hoc procerum coalescunt fœdera nexu,
Non magis ense tamen quàm prece pondus habent.
HINC nova DANORUM consurgunt gaudia regno,
Qualia cum PATRIS nuberet ANNA soror.
Namq; ubi quingentis & mille exard'g'os ab annis
Lustra remissa novem & tertius annus erat:
Cimbrica tentata est pare Chersonnesus amore,
AUGUSTO socii sacra parante thori:
Tu scis ASCANIA sate Princeps gente GEÖRGI,
Inter ANHALDINOS gloria prima Duces.
Tunc ubi Præpositum te vidit MISNIA templi
Nec non merce potens Parthenopyrga sui;

A. ij

Audiit

HED-
VVIGIS
Sponsa.

FRIDE-
RICUS II.
Rex Da-
niæ.

1548.

Dania.

Anhald.

H
Torga.

*Audiit AUGUSTUS tua verba Hymenæa SPONSUS,
TORGA suam Costam cum sociaret ei.
CIMBER, SAXO, MYSUS, cum NUPTÂ Principis illam
Aure bibens Suadam non sine fruge bibit.
Quippè timere DEUM didicisti Doctore supremo
NUMINE, quæ virtus mentis origo bonæ est.
Expedit à magnis traxisse parentibus ortum,
Et juvat ex celso ducere stemma loco.
Sed nisi quem PIETAS moderetur Mater honesti,
Non est in reliquo sanguine grande decus.
Omnes sub sancto concurrunt pectore dotes,
Omnibus exuitur qui pietate caret.
ERGÒ decus summum secum fert regia SPONSA,
Nòsse DEUM, castè vivere & esse piam.
Intus honestatis species & tincta pudore
Virgineo facies, ceu nova stella, micat.
Corporis aut animi spectes in VIRGINE dona,
Mens sapit & certant lacte rosisq; gene.
Æmula virtutis patria, sua lumina PHŒBE hæc
SOLE à Fratре petit, mox habitura Viro.
Nomen utriq; unum est vitæ probitate probatum,
Splendeat ut melius LUX ab utraq; domo.
Qualis & AUGUSTO placuit candorq; fidesq;
In Socero, CHRISTI qui pius ERNVS erat.
Omina nominibus plerunq; subesse videntur,
Vt dicas titulum queng; notare suum.
ADAM mirificè naturæ robora callens
Ritè creaturas indigetare quirit.*

Chasiddam

Chasiddam à storgis vocitabat, ab aggere talpam,
Ros fecit LUNÆ nomina, prada lupo.
Ludit in humanis Superùm sapientia rebus;
Sensibus in nostris provida cura DEI est.
Qui nos composuit prudens genitricis in alvo,
Naturæ matris conscius author erat.
Vnde gerunt homines fatalia nomina, ut ADAM;
Nam quæ fingit opus dextera, signat opus.
In CHRISTI studium qui traxit SAXONAS olim
CAROLVS, à factis MAGNVS in Orbe fuit.
Rectius AVGVSTVS, quo vix augustior alter,
Nomen habet, quoniam res, decus, auxit opes.
Nec sua fortuito ceperunt nomina Reges,
Quos genuit summo Danica terra loco.
Quattuor à Christo vocem titulumq; trahentes
Magnam de Regni dant pietate fidem.
Doct̃or IOHANNES BUGENHAGIUS ipse coronam
Imposuit Regni nomine REGIS avo.
Cuius ad exemplum quoq; SAXONIS aula relapsa
Edidit hoc binos nomine speq; DVCES.

PRIMUS CHRISTI ADES patriæ successor habena
Post lustrum & menses octo reliquit onus.
Omnia tunc luctu squalebant oppida & arces;
Deflebat Dominum MISNIA mæsta suum.
Spes tamen abscissâ monstrabat in arbore ramos,
Vnde suo poterat tempore planta peti.
EN sedet in folio patrio nunc surculus ille
Consitus, & fructus parturit eximios.

A iiij

Omnino

Pfal. 139.

CHRISTIA-
NUS I. E-
lector Saxo:
5. annos, &
8. menses.

Omniñò sectatur avum Genioq̃, animoq̃,
Alter ut AUGUSTUS CHRISTIADES q̃, novus.
Pacis amans, miseros miserans, legesq̃, TONANTIS
Mente colens totus pendet ab ore DEI.
Qui modò DRESDAE fanum renovavit in urbe,
Et voluit sacris usibus esse sacrum.
Vtq̃, magis rutilet Pietas, de Matre vocavit
Hoc SOPHIAM linguam per POLYCARPETUAM.
At quoq̃, justiciæ cultu DUX optimus ardens
Vnicuiq̃, studet ius tribuisse suum.
Hostis iniquorum, CALVORUM pestis, & artis
Piëriæ fautor magnus ubiq̃, cluet.
Scilicet in natos cedit natura parentum,
Et sua quâ stirps est indole, ramus erit.
Adde Patrum monita & fidi præcepta Magistri,
Palmes erit melior quam sua vitis erat.

CYRUS in exemplum veniat Rex PERSIDOSORA,
Et sit ALEXANDER talis imago scholæ.
MAVRICIUM videas, qui fortia natus ad arma
Visus erat, factus fortior arte fuit.
Huc quoq̃, CHRISTIADEN referas, qui pectore forti
HECTORA victurus, si superesset, erat.
Nam licet occulto naturæ robore vis est,
Et sine doctrinâ mens bona sapè sapit:
Vim tamen ingenitam nisi sedula cura parentum
Excitet & legis regula certa juvet:
Torpens degenerat virtutis gratia tandem,
Et genus amittit spes proavita suum.

Maeste

Maeste animi virtute novâ DUX IANE GEÖRGI,

Qui Patris & Patruī stas animose pedâ.

Tuq; AUGUSTE, genus qui complex nomine & auges,

LEVCOREAM pariter Pallada perge sequi.

Queritur ex studiis laus vera, paratur & armis,

Sed DEA, quam sequeris, jungit utramq; manum.

Quid magis optârint Avus & Pater ipse futurum,

Ni Lachesis vitam ruperit ante diem?

MATRIS vox sapiens & prudens vita duobus

GERMINIBUS succi & roboris instar erit.

O DEUS ô facias longævam ducere vitam

Hanc SOPHIAM, ut sophia crescat in Orbe decus.

Nam quoq; fæmineo generi rationis ab usu

Rectum nôsse datum est & regere arte domum.

Simplicitas non est, ubi se prudentia sexus

Exerit & trepidis consuluisse potest.

Cui non Iudithæ virtus pervenit ad aures?

Quem latet arguta forte Iaëlis opus?

Nonne Sibyllarum nota est sapientia mundo?

Fama Semiramidis grande struentis opus?

An non Abigail maris impendentia fata

Impediens aliis dulcis imago fuit?

Ex quibus in laude est virtus AUGUSTIDOS ANNÆ,

Quæ fuit auxiliis consiliisq; potens.

Nec minor ingenio nurus est, sic dicta SOPHIA,

BRANDENBURGIACÆ lampas honora domus.

AT mihi Saxonidum nunc altera gloria cura est,

Imperium Patris Prole tenente sui.

Fallor,

Fallor, an ortu habeat vel fato frena Parentis

ENSIFER, alterutram sorte probante vicem?

Nam Pater è vivis quo mense recessit, eodem

Filius in mundum venit habere locum.

CHRISTIADES unus moritur, sed nascitur alter,

Ut propè temperiem viderit una dies.

SALVE igitur PRINCEPS ELECTOR, gloria salve

O nova Saxonidum, LVX nova Misniadum.

Te DVCE Christicola gaudent & pace fruuntur

Vrbes, Tempa, Schola, quâ sine nulla salus,

Iam repetent nidos Cygni; redit aurea virgo;

Nunc est laticia causa, doloris abest.

RUTA virescit, GLADIUSq; ardet pro nomine CHRISTI;

Vivat CHRISTIADES, PAX sit in Orbe diu.

Sed quis in Illustri strepitus nunc nascitur aulâ?

Quis de SAXONIAE est PRINCIPLE clamor? AMOR.

HEDVVIGIS ingreditur, MYSIAE expectatio, DRESDAM,

Communis Patriæ DIVA futura mea.

ENSIFERI radiis dum Regia SPONSA coruscat,

Qua Regina fuit, Septiviralis erit.

Quàm coeunt mores velut unius arte Magistrî

Compositi, vitæ namq; magister inest.

Magnus in exemplis calor est, alienaq; virtus

Virtutis stimulos forteq; calcare habet.

Multum virtuti confert pietatis a vitæ

Effigies, & laus robora Patris habet.

Arx in monte patet, sic præstat gloria Regum,

Qui valet, exemplo Dux valet ille suo.


Iunior excellens virtute potentiùs in se

Ora trahit, facies quàm speciosa senis.

Vera

1. Reg. 3.

Vera DEI & Mundi sapientia cœlica dos est,
Non annis potiùs quàm tribuenda DEO:
Vnde puer SALOMON, quo non sapientior ullus,
Cor sapiens poscit supplice voce DEUM.
Qui dare promisit fidei precibusq; piorum,
Omne bonum, & mentes igne sagace trahit.
Quòd si juncta FIDES PIETATI jungere dextram
Atq; DEO statuit, SPES jubet esse ratum.
Hic FORTUNA pedem sistet sedemq; locabit,
Hic erit Imperii firma columna sacri.
Advenient CHARITES & figent oscula Pacis
Imperio, ac populi crescet ubiq; Salus.
Dumq; à patre pio nil differt cura Regentùm,
SPONSE Pater Patrie, SPONSA q; Mater eris.
Pro quibus officiis gratos decet esse vicissim,
Agnovisse volunt qui benefacta PATRIS.
Pauca referre queunt, quibus est accisa domi res;
Dona ferant alii, nos dare vota decet:
Da DEUS alme PATER nexu hoc feliciter uti,
Lite vacet thalamus, pernicioq; domus.
CHRISTE novis sponsis fecundas effice tædas,
Accensasq; tuâ lege tuere faces.
SPIRITUS alme DEUS presta solamen in arctis
Rebus & afflatu pectora flecte tuo.
Sic erit in vitâ requies, in nomine fama,
In thalamo soboles, SOLIS in Orbe jubar.
Sed quid plura loquar, cum clauscrit omnia Votum?
A DUCE principium, de prece Finis erit.





CURIAE Variscorum
Excudebat Matthæus Pfeil-
schmid, Mense Septemb:
M. DC. I I.

H. Sax. C. 836. # 12